CC BY NC SA

1 **balbus, a, um.** *adi.* **FORMA** *haesitat inter* b *et* u, *sicut in* balua / ualua MARTYR 173. per b mutam signabitur, ut baluus. ALC 33. ualua quod est ostium per u; balba, mobile nomen, balbus balba balbum, quod est tardiloqua. 189. baluus, balua, baluum. GLOSS 2.458.18. ualua. **ETYM** BALB-; ISID Orig 10.29. balbus a balbando potius quam loquendo dictus.; GLOSS 4.590.19. a balando potius quam loquendo dictus. **DLAT** balbe, balbescere, Balbus[2], balbutus. **DROM** *cat.* balb 'aterido', *it.* balbo, *port* bobo > *cast.* bobo (> bobalicón, embobar), *fr.* ébaubi *'stupidus siue obtusus'*, ébaubir *'stupidare'*; *gall.* bouba *'iucundum mendacium'* [CORP]; *cast., cat., port.* bobina *'orbiculum siue trochlea'* > *fr.* bobine. [**FREQ** humilis **20** [indicia] **1,2** [/d.c.m.] 180-103 LUCIL] *uerbum textis litterariis omne genus praeter dramaticum aptum, feliciter apud satyricos; omnibus usibus, specialiter doctis quotidianisque inuenitur, et prosa et uersu; technica scripta hos usus sequuntur; exhibitur ocius, Postumio Balbo anno 504 aec nominato.*

VARIATIO		indicia	p [/d.c.m. subc.]
OPERUM	exponendo	4	1,3
	narrando	7	1,3
	argumentalis	3	0,42
	lyrica	1	3,5
	satirica	5	26
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	9	3,2
	I-II ec.	2	0,52
	III-V ec.	8	0,85
DIAPHASICA	quotidiana	3	5,2
	media	11	0,8
	docta	6	2,9
DIASTRATICA	litteraria	15	1,1
	technica	5	1,8
MODUS	prosa	13	0,9
	uersu	7	3,6

CONIUNCTIO UERBORUM [**REL** atypus, balbutus, batulus, blaesus[1a], sirbenus, tardilinguus, tardiloquus] **1** balbus[→a1] *uocabulum commune est ad eum qui bene loqui non potest uel balbutit pertinens, in quo etiam* atypus *et* balbutus *inueniuntur* • balbus[→a1] *es la palabra genérica, que califica al tartamudo, al igual que* atypus *y* balbutus. **2** atypus, batulus, balbus[→a2,a4] *et fortasse* sirbenus *ad eum qui loquendi difficultate cruciatur aspectant, quia uerba bene pronuntiare nequit aut intellegi non sufficit; namque* mutus *et* surdus, *quibuscum inuenitur, non sicuti uitia loquentis comprehenduntur, sed auditoris intellegendo difficultatem exprimunt* • atypus, batulus, balbus[→a2,a4] *y quizás* sirbenus *fueron aplicados a quien tiene una incapacidad física para hablar, así como la dificultad en ser entendidos, representados por* mutus *y* surdus, *que no hacen referencia directamente a incapacidades físicas, sino a sensaciones auditivas en el oyente.* **3** balbus[→a3] *ad eum qui difficulter intellegitur quia male pronuntiat, sicuti pueri senesque, pertinet* • balbus[→a3] *se aplica a quien se hace entender mal porque no pronuncia bien, como el niño y el anciano.* **4** blaesus[1a] *et* batulus *ad eum qui litteras in dicendo permutat pertinent* • blaesus[1a] *y* batulus *se aplican a quien intercambia los sonidos dentro de la palabra.* **5** tardilinguis *et* tardiloquus *ad eos qui inepte tardeue loquuntur pertinet* • tardilinguis *y* tardiloquus *se aplican a quien se expresa torpemente y tarda al hablar.*

¶ **a1** *qui iugiter loqui non potest uel balbutit* • *tartamudo* [**REL** atypus, →blaesus[1a], sirbenus, →tardiloquus **SIM** balbutus] 70 LUCR 4.1164. balba loqui non quit, traulizi. 60 PERS 1.33. rancidulum quiddam balba de nare locutus. 120-160 FRONTO 149.5. neque balbam uirginem, quae uestalis sit, capi fas est neque sirbenam. 370-400 PHYSIOGN 82. balbos, quos Graeci τραυλοὺς uocant. 390-406 VULG Is 32.4. et cor stultorum intelleget scientiam et lingua balborum uelociter loquetur. 🕮 GELL 1.12.2. de uirgine capienda ... quae non sit ... lingua debili sensuue aurium ... aliaue qua corporis labe insignita sit. **GLOSS** 5.170.21. qui uerba non explicat aut frangit. 5.348.27. balbus turbatae linguae, qui uult loqui et non potest. 4.590.91. qui habet dulcem linguam. 2.458.18. τραυλός ualuus.

iam pridem de eo qui per admirationem siue consternationem balbutit dictum erat • *ya desde antes había sido dicho de alguien que tartamudea por la sorpresa* • *it has been said before about someone who stutters with surprise* 180-103 LUCIL 238. «chauno meno» inquit balba, sororem lanificam dici, siccam atque abstemiam ubi audit.

a2 *item de eo cuius dictio haesitat in* r *prima uerbi positione exprimendo; sicut Demosthenes, qui primam litteram nominis eius disciplinae qua calebat pronuntiare nequibat, id est rhetorica* • *también se refirió a la persona que tiene un defecto en la dicción, como quien es incapaz de pronunciar la r inicial; así Demóstenes, que no era capaz de pronunciar la primera letra de la disciplina en la que se afanaba, la retórica* [**SIM** batulus] 55 CIC De orat 260. *Demosthenes* cum ... ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere. 🕮 SCAUR Gramm 4.1. balbi, qui r exprimere non possunt, aut l dicunt aut subs. MARTYR 173. baluus ὁ ψελλός. **GLOSS** 2.204.23. balba ψελλή.

uel Cicero qui Hillum Hirrum nominabat, sicut haesitans in dictione • *o Cicerón, cuando nombra Hillus a Hirrus* 51 CIC Fam 86.1. cum esset tanta res tantae gratulationis, de te quia quod sperabam, de Hillo (balbus enim sum) quod non putaram. 86.2. Sed (balbi non sumus) ad rem redeamus.

a3 *item de aliis operositatibus in dicendo, sicuti pueri faciunt* • *asimismo pudo aplicarse a otros tipos de dificultades en el hablar, como podría ser el ceceo o la lengua floja de los niños* [**DOM** puer] 520 HOR Epist 2.1.126. Os tenerum pueri balbumque poeta figurat. 🕮 PORPH Hor in Epist 2.1.126. poeticis ... lectionibus os infantis adhuc debile balbumque corrigitur. SCHOL iuuenes ... frequenter in amore blandientes balbutiunt.

aut senes, quibus simul ac pueris hoc peculiare fuit • *y de los ancianos, de quienes, junto con los niños, llegó a ser considerado una característica suya* 0-19 TIB 2.5.94. balba ... cum puero dicere uerba senem. 20 HOR Epist 1.20.18. balba senectus. 34-30 HOR Sat 2.3.274. cum balba feris annoso uerba palato. (PORPH. per delicias balbuttire adfectas senex et puerilia imitaris.) [**DOM** senex] 🕮 PORPH Hor in Epist 1.20.18. balbus senex. SCHOL. ut senescas balbutientium meditatione.

a4 *saepe de surdis aut aliis uitiis corporalibus obnoxiis dicitur* • *muchas veces junto a los que sufren de sordera u otras incapacidades físicas* [**DOM** surdus] 334-337 FIRM Math 6.9.14. obligata lingua balbum sonum uocis efficiet; alios obtusis auribus efficit surdos. 6.22.15. *Saturnus et Mercurius* uocis sonum balba confusione linguae semper impediunt, aut tardo sermone faciunt impedita uerba proferri, aut auditum graui ualetudine semper impugnant. 🕮 PS DOSITH Leid. ψελλός balbus κωφός surdus. **GLOSS** 5.347.24. mutus.

balbi magis uitiosi quam morbosi uidebantur • *quien lo padecía fue considerado más* uitiosus *que* morbosus, *pues este hecho era concebido más como un defecto que con una enfermedad* 🕮 DIG 21.1.1.17. uitiumque a morbo multum differre, ut puta si quis balbus sit, nam hunc uitiosum magis esse quam morbosum. 21.1.10.5. queaesitum est an balbus et blaesus et atypus isque qui tardius loquitur ... sanus sit.

b *haec dictio, difficilis intellectu, proxima obtuso uel stupido uisa est* • *esta manera de hablar, dificultosa de entender, dio lugar a que pudiera ser aplicado al que habla sin sentido o tonto* [**SIM** →obtusus[b]] 46 CIC Fam 194.2. ne pluris esse balbos quam disertos putes. 370-400 PHYSIOGN 82. dicit balbos ... omnes esse elatos, superbos et corde rigidos existere.

prouerbium balbus melius balbi uerba cognoscit. *'inter similes, si stulti sunt, melius se intellegunt'* • *'un tonto entiende mejor a otro tonto'* 370-420 HIER Epist 3.50.4. se eruditum putat quia Iouinianum solus intelligit (est quippe prouerbium: balbum melius balbi uerba cognoscere).